UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Preceptoriu[m] Nico. [de] Lira ordinis seraphici Francisci/ siue Expositio tripharia breuis vtil[is] in decalogu[m] legis diuine

Henricus <de Frimaria>
Nicolaus <de Lyra>

Colonie, 19.05.1495

Tertja expositio est de p[er]te sup[er]nali/ videlicet ipso deo q[ui] te creauit [et] q[ui] te propria imagine insigniuit et de propria carne et sanguine pauit. Et hunc patrem tripliciter debes ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-31207

Visual Library

te hoſtiam immortalem conſecrant. ¶ Tertio
ratione poteſtatis. quia iram dei per oblationē
ſuam placant/ ꝛ manum dei ad vlciſcendum extē
ſam quodammodo immobilitant virtute obla/
tionis pro te facte.

¶ TERTIA expoſitio eſt de ꝑte ſupnali/ vide
licet ipſo deo q̄ te creauit ꝛ q̄ te propria imagine
inſigniuit et de propria carne et ſanguine pauit.
Et hunc patrem tripliciter debes honorare.
¶ Primo quidem in ſeipſo ¶ Secundo in eius
filio vnico ieſu chriſto. ¶ Tertio in eius matre
benedicta glorioſa virgine. In ſe quidem patrē
celeſtem honorare debes tripliciter. ¶ Primo ſi/
bi de omnibus beneficijs ſuis tam donis natura
libus q̄ȝ gratuitis deuotas ꝛ iuges gratiaꝝ actio
nes referēdo. Ad q̊d exequendū te mouet ſcriptu
ra ꝓpheta dicēte. p̄s. 33. Benedicā dn̄m in omī
tpe. Ad hoc etiā mouȝ te creatura irrational'. Vi
dem⁹ eīm ꝙ auicule ſtatim cātāt/ ꝛ ſuū factorē lau
dant cū in aurora bn̄ficiū lucis diei ſentiūt. Val/
de aūt ē abſurdū ꝙ ibi obmuteſcat creatura ra/
tionalis vbi deo laudat ꝛ iubilat creatura irratio
nalis. Ad hoc etiam te excitat tua natura ꝓpria
Nā in corpore hūano īgeminauit natura tot mē/
bra vt dicūt phi q̄t ſūt dies in āno. vt ex hoc rōna
li inſtinctu īformeris. vt nulla dies te trāſeat ſine
laude diuina ꝛ grāꝝ actōe. De hac laude diuina
dr̄ q̄dā ſic. Nō ſufficit ꝯfeſſio mentis diuine lau/
dis ſine cōfeſſione oris. et qui habet tempus ope
randi. Eſt inquit aliud deo gratias agere. aliud

deum laudat. aliudq̧ deuz benedicere. Gratias
deo agere. eſt de collatis a deo beneficijs ei ſe gra
tum exhibere. Laudare vero deum eſt ipſuz lau/
dabilē ⁊ deū laudē demonſtrāre. Bn̄dicere vero
deū eſt optare vt ab oībꝫ ⁊ ſemꝑ ⁊ vbiq̧ benedi/
catur id eſt dignus benedictōne oſtēdat. ¶ Se/
cūdo ipm̄ honorare debes. oēs actōes/ cogitatio
nes/ ⁊ affectōnes tuas in ſui laudem ⁊ gloriā refe
rendo. Ad qd̄ hortat̄ apoſtol⁹ cū dr̄ ad colleſeñ.
3. Oīa q̄cunq̧ facitis in verbo aut opere. in noīe
dn̄i noſtri ieſu xp̄i facite. Oīa veſtra dicta cogita/
tiones ⁊ facta in ei⁹ gloriā ⁊ honorē referendo. vt
ex hoc tue actōes nō cenſeant̄ humane. ſꝫ potius
celice ⁊ diuine. qꝛ celicaz formā in eis imp̄mis qn̄
in eius ſolū diuinū honorē intēdis. Econtra ma/
gnam deo iniuriā irrogat qui in ſuis actibus in/
tendit oſtentatōem ꝓpriā aut cōplacētiā huma/
nā. Exēplū de illo q̄ arborē fructiferā in orto ali/
cui⁹ plātatā ſibi ꝑ violentiā ſurripit ⁊ in ꝓprio or/
to reponit. Nā arbor fructifera eſt volūtas bona
ꝑ diuinā gratiā irrigata ⁊ fecūdata/ q̄ tot bonos
fruct⁹ ꝓducit. q̄t actus bonos ⁊ meritorios elicit
Quā tūc de orto dei euellimus ⁊ in ortū dyabo/
li tranſplātam⁹. quando de actibꝫ ꝟtuoſis ⁊ alijs
donis nobis diuinitus conceſſis ſuperbimus. et
nobiſipſis aſcribimus vel ꝓ ipſorum recognitōe
deo laudes debitas nō referim⁹. ¶ Tertio ipm̄
honorare debemus pre omnibus ⁊ ſuper omnia
diligendo. Ad quod moueri potiſſime debes co
q̧ tantis amoris beneficijs te diligendo preuenit

Nã cũ nõ eſſes ex nihilo te creauit Cũ ꝑdit⁹ eſſes
ſuo ꝓprio ſanguine te redemit. Et vt btũs eſſes.
ſeipm̃ ĩ laboris tui p̃miũ repromiſit dicens. Geñ:
15. Ego ero merces tua magna nimis. Ideo aũt
ſm̃ Auguſtinũ te tã multiplici dilectõe ꝑuenit vt
a corde tuo excluderet oẽm ingratitudinẽ ⁊ tepidi
tatẽ ſui amoris. vt ſi qñqꝫ te piguiſſꝫ amare. iã nõ
pigeat reamare. ¶ Scdo iſtũ patrẽ honorare de
bes in ei⁹ filio vnico ieſu xp̃o. Et h̃ tripl'r ¶ Pri
mo ſaltẽ in ãno ſemel ip̃m ad tuũ hoſpitiũ dulcit
inuitando ſciẽs ꝙ q̊tiẽs deuote cõicas/ totiẽs ad
tuũ hoſpitiũ inuitas. Et q̇cũqꝫ ſemel in anno nõ
cõicãdo ſtatutũ eccleſie ꝑtinacit violauerit. pctm̃
mortale incurrit. ¶ Scdo ꝙ qñcũqꝫ videris cor
pus xp̃i ĩ miſſa eleuari ſiue ĩ via portari teip̃m ge
nib⁹ flexis humilies. ⁊ cũ deuote ⁊ reuerẽter ado
res. Ad qd̃ hortat̃ apl's ad Philippẽſes. 2. In
noĩe ieſu oẽ genu flectat̃. ¶ Tertio vt eius filiuꝫ
benedictum in ſacramento altaris quilibet chri
ſtianus ad min⁹ ſemel in die libenter videat ⁊ de
uote contẽpletur. quia ex illa viſione duplex pec
catori ſolatium prouenit. ¶ Primũ eſt de pctis
cõpunctio. Exẽplũ de Petro qui ſtatim poſt ne
gatõem cũ xp̃m vidit. cõpunct⁹ fuit ¶ Scdm eſt
eterne ſalutis aſſecuratio. Exẽplũ de Iacob qui
dicit Geñ. 32. Vidi dñm facie ad faciẽ ⁊ ſalua fa
cta eſt aĩa mea. Ob hoc eñi nobis chriſtus in ſa
cramento corpus ſuũ reliquit. vt ſeip̃m nobis q̃ſi
ꝓ pignore ⁊ arra ſalutis eterne obligaret ¶ Ter
tio ipſuꝫ honorare debes in ſua matre benedicta

virgine glorioſa/quã merito honorare debes rõe
triplici. ¶ Primo qꝛ i iſta matre oĩm eoꝝ q̃ ad ſa/
luté tuã ꝑtinẽt iubẽdi auctoritas. qḋ apte figura
tũ ẽ tertij regũ. 2. vbi Salomõ ḋr matri ſue. Pe/
te a me qḋ vis. nec eñ fas ẽ mihi vt auertã faciez
meã a te. ¶ Scḋo qꝛ i ipa matre ẽ diligẽdi ſince/
ritas. Sicut eñ mat̃ neceſſitate natural' affectio
nis iclinat̃ ad dilectõez filij. ſic btã ꝟgo ex idita ſi/
bi benignitate iclinat̃ ad dilectõez tui. Vñ q̃libz
noſtꝝ p̄t dicere illḋ q̃d ſcribit̃ ſcḋi Regũ. 1. Sicut
mater vnicũ amat filiũ ita te diligebã. Ob h̄ eñ
xp̄s in morte videt̃ matrẽ recõmẽdaſſe diſcipulo
vt q̃liber noſtꝝ ipam diligẽs i ſue mortꝫ articulo
ſe matrẽ piã ⁊ ꝓpiciã exhiberet nos ab icurſu de
monũ ꝓtegẽdo vt ita ꝑ ſue pietatꝫ patrociniũ cui
liber noſtꝝ veraciter poſſit dicere illḋ Joãnis. 19.
Ecce mater tua. ¶ Tertio qꝛ in ipa ẽ ꝯpatiẽdi fi
delitas. qḋ pulchre figuratũ eſt tertij Regum. 3.
Vbi mater illa pia cui⁹ fili⁹ erat viu⁹ ḋr ad regẽ
date illi ĩfantẽ viuum ⁊ nõ occidat̃. Ad hoc reſpõ
dit rex. date huic infãtẽ viuũ. hec ẽ eñ mr̃ ei⁹ Et
p̄t eẽ ꝟbũ xp̄i reſpõdẽtis matri ꝓ pctõribꝫ ĩterpel
lãti vt dicat ãgelis ſuis. Date hũc miſerrimũ vel
peccatorẽ matri q̃ tã materna pietate ꝓ ſua vita
et ſua ſalute petiuit. ⁊ nõ diuidat̃ ꝑ mortis reſolu
tionẽ vbi corpus dat̃ vermibꝫ. bona tẽporalia pa
rentibꝫ ⁊ amicis carnalibꝫ/ ⁊ aĩa demonibꝫ. Ro/
gem⁹ igit̃ ꝟginẽ glorioſaz vt ĩ noſtre mortꝫ articu
lo ſe nob̄ mr̃ez oſtẽdat piã. nos ab hoſte maligno
defendẽdo/ ⁊ ad gaudia celeſtia ꝑducẽdo. Amẽ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN